Sam. b. Salutem. D.

Fasciculum ad me missum, quod indicium pleni amoris interpretor, accepi: Xenophontis editio ita valide mihi accepta fuit: nihil ut cupidius expectarim. Zosimi multa sunt, et suis partibus mutila, graviter affecta pluvia: sed quid agas? melioribus id mali scriptoribus evenit: quem sperabam fore integrum, totque locis nunc ad sanitatem impeditum. Quod additionis Dioscoridis desideras: non modo accepi, sed cum ἐπιμελείᾳ [illegible] quemadmodum: Forma quadrata istius placet, modo perges, ut autumnalibus his Nundinis possimus habere. Quod ut citius conficiamus amicos: Saracenum imprimis, admoneto publico commodo: pergat, versionem absolvat. Ni tantum a tot annis olei a gravioribus obtinere: [illegible] sequimini: modo Saracenum nostrae adsunt, at quiddam. Si tot divortia, impedimenta interventura cogitassemus: tempore multis occurrissemus. Quare te, nisi quem humanitati pietatis, et industria in Diosc. incubito, nos addicito totos: Saracenum ita benivolentia, et liberalitate copia adstringes e [illegible] ut nostro elabi nequeat: quodque incolumi perficiat. De Aristotele quanta vix cum Episcopo mihi sunt: testem habeo Quingeum, Bernardum: cum quo acerbius quoque et minacius nuper egi: quo scripto significat, me non posse profiteri: ipsosque dominos impressionis acceleraturos: eadem est alia nunc pendentia, qui moras texit: at tamen nunquam querendum communitate [illegible]

Libellos alios tibi commissos cu-
ris serues, cuiusque praestantis
ingenii in illustres [illegible]
na ut [illegible]: bibliothecam
nullo modo patiar.

Praestanti, et cl. Viro Dn̄o
Henrico Stephano Archityp[ographo]
Amico suo Veteri.

Genevae. In eius absentia
legat Doctor Scrimgerus

Sambucus.

166 a

[illegible] dispositis, Saracenumque applicato: si me amatis;
aliam domum fore tuam scio. De Galeni editione
quod exclamasti: omnia tibi comprobentur. Palladii
[illegible] in VI ἐπιδημιῶν nunc edidi Græca,
et interpretationem Crassi: utinam tibi convenissent.
Vale [illegible], atque Saracenum V. cl. et magnum ἰατρὸν
a me saluta: quem ob [illegible] dignum censeo, atque meritis
[illegible] flores, [illegible]
[illegible] III. Kl. May. [illegible] Viennæ

(Unterteil von Fol. 166!)